

M. de Schoenefeld, secrétaire, donne lecture de la communication suivante, adressée à la Société :

REVISIO EUPHORBIACEARUM, QUAS NUPER IN *RETZIA* ET *HORTO BOGORIENSI* DESCRIPTO  
ILLUSTRAVIT **J. K. HASSKARL** (1).

*EXCÆCARIA BICOLOR* Zoll. (Hsskl *Retz.* I, 158 ; *Hrt. bog.* I, 31) nunc secundum cl. Baillon (*Euph.* 518) ad genus *Stillingiam* revocanda est. In descriptione mea error typographicus emendandus : calyx ♀ nempe 3-fidus errore 5-fidus dicitur, etsi in observatione recte trifidus laudetur.

*EXCÆCARIA OPPOSITIFOLIA* Jck. (nec Jcq.) (Hsskl *Retz.* I, 160 ; *Hrt. bog.* I, 32) pari modo nunc ad *Stillingiam* reducenda est (Baill. *Euph.* 518).

*CALYPTERIOPETALUM* Hsskl (*Hrt. bog.* I, 33) ad genus *Croton* L. (Baill. *Euph.* 349) pertinet, et subgeneribus *Barhamiæ* Kl. (Baill. l. c. 367) et *Ocaliæ* Kl. (Baill. l. c. 366) maxime accedit. — Differunt : *Ocalia* Kl. : staminibus inæqualibus, calyce ♀ subvalvato, petalis subulatis apice glandulosis, foliis subtus ad basin glandulis 2 magnis obsitis ; *Barhamia* Kl. : calyce valvari, petalis ♀ subulatis inflexis aut obtusis aut nullis. — Inter *Crotonis* subgenera reliqua differunt : *Podostachys* Kl. (Baill. l. c. 365) : calyce ♂ valvato, petalis ♂ pubescentibus, staminibus inæqualibus, petalis ♀ subulatis seu ramosis, glandulis ♀ conicis acuminatis, styli ramis bifurcatis, foliis biglandulosis ad basin ; *Astræa* Kl. (Baill. l. c. 363) : staminibus 15 inæqualibus, petalis ♀ subulatis seu nullis ; *Astræopsis* Baill. (l. c. 362) : staminibus 5 exterioribus minoribus, calyce ♀ colorato valvato reduplicativo, petalis ♀ tubulosis, glandulis ♀ nullis, ramis foliisque glabris ; *Palanostigma* Mart. (Baill. l. c. 358) : calyce vix imbricativo, staminibus 15-20, petalis ♀ longissimis, etc. ; *Eutropia* Kl. (Baill. l. c. 357) : staminibus nunc 15, exterioribus longioribus, corollæ ♀ petalis obtusis glandulosis, styli ramis tribus simplicibus aut apice tantum bifurcis, ramis dichotomis, et foliis basi biglandulosis glabris aut vix tomentosus. — *Calypteriopetalum brasiliense* Hsskl = *Croton* (*Calypteriopetalum*) *brasiliensis* Hsskl.

*SAPIUM INDICUM* Willd. (Hsskl *Retz.* I, 161 ; *Hrt. bog.* I, 36) et *S. AUCUPARIUM* Jcq. (Hsskl *Retz.* I, 162 ; *Hrt. bog.* I, 37) = *Stillingia* (cf. Baillon *Euph.* 513).

(1) Cette notice était accompagnée d'une lettre adressée à M. le président de la Société et datée de Kœnigswinter (Prusse rhénane) 21 octobre 1859. Dans cette lettre, notre honorable confrère M. Hasskarl nous dit que sa notice contient le résultat de nouvelles recherches faites par lui, après une étude attentive de l'important ouvrage de M. Baillon (*Étude générale des Euphorbiacées*), sur quelques nouveaux genres et espèces de cette famille qu'il avait lui-même précédemment publiés.

ALCHORNEA ZOLLINGERI Hsskl (*Retz.* I, 156; *Hrt. bog.* I, 37) = *Stipellaria* Benth. (cf. Baillon *Euph.* 451). Accuratus observanda erunt sequentia a caractere generico (Baill. l. c. 449) discrepantia : stylus in nostra haud profunde 2-4-partitus, sed cylindricus evadit sat longus (16 millim.) ; dein rami styli parti indivisæ æquilongi, subulati, et cocci epicarpio pergamaceo nec suberoso nec subcarnoso præditi.

SPATHIOSTEMON SALICINUS Hsskl *Hrt. bog.* I, 41 (Zoll. et Moritz herb.). Mea opinione subgenera *Spathiostemonis* Bl. (Baill. *Euph.* 293) haud adoptanda sunt. Cl. Baillon *Euspathiostemon* dicit subgenus coccis fructuum muricatis, dum nostram ad *Hæmatospermum* refert, cui coccus læves tribuit ; nostram autem fructus minute muriculatos præbet (cf. Hsskl *Pl. jav. rar.* 264, *Ricinus? salicinus* Hsskl *Cat. hrt. bog.* 237, ubi hos jam submuricatos laudavi).

HEMICYCLIA? RHACODISCUS Hsskl *Hrt. bog.* I, 43 (*Verh. kon. Acad. Amst.* IV, 140) affinitatem maximam ad *Pierardiam* Roxb. (Baill. *Euph.* 557) ostendit, cujus flores ♂ haud sufficienter cogniti sunt (cf. Hsskl *Cat.* 244, not. 1). — *Hemicyclia* W. et A. (Baill. l. c. 562) sat differt staminibus ∞ discum planum s. excavatum haud lobatum cingentibus, filamentis linearibus, antheris adnatis. — *Caletia* Baill. (l. c. 553) floribus ♂ 3-meris, calyce 6-partito, staminibus 6, filamentis subulatis, antheris cordiformibus supra medium insertis, disco 3-partito, ramis styli bilobis, distincta. — Inter Euphorbiaceas, quarum loculi germinis gemmulam unicam tantum gerunt, differunt : *Elateriospermum* Bl. (Baill. l. c. 397) : disco stamina 10-20 cingente, calyce ♂ 5-partito, antheris apiculatis introrsis, loculis connectivo dilatato adnatis ; *Cheilosa* Bl. (Baill. l. c. 420) : calyce 5-partito, disco annulari brevi 5-lobo pistillum rudimentarium cingente. Genera reliqua apetala aut calyce 5-partito, aut staminibus pluribus, aut disco stamina cingente seu nullo, aut dein præsentia glandularum distinctarum diversa sunt. Ob staminum et petalorum numerum floresque dioicos igitur nostram *Pierardiæ* Rxb. adscribam, donec hujus flores ♂ rectius noti aliam opinionem obtrudunt.

COELODEPAS Hsskl (*Hrt. bog.* I, 44; *Verh. kon. Acad. Amst.* IV, 139) accedit aliquot *Acalyphæ* L. (Baill. *Euph.* 440), quod genus autem sat diversum : staminibus 8 (-16), filamentis liberis, antheris extrorsis, stylis pluries profunde partitis ; *Alchornea* Soland. (Baill. l. c. 445) : staminibus 8 basi in coronam duplicem connatis, germine biloculari, stylo cylindrico bipartito. — Maxime autem accedunt genera bina sequentia, inter quæ nostrum collocandum erit : *Cladogynos* Zipp. (Baill. l. c. 468) differt : alia filamentorum conformatione et natura, calyce ♀ 6-partito, stylo bifido, foliis senioribus subtrilobis ; et *Centrostylis* Baill. (l. c. 469), quod corpore centrali (pistillo rudimentario)

incrassato tetragono floris ♂ et calyce ♀ minus profunde inciso, styloque basi cylindrico, dein trifido, ramis 3-5-partitis sat distinctum genus. — *Calpigyne* Bl. (*Mus.* II, 193), genus a cl. Baillon dubie ad *Cladogynon* Zipp. relatum, differt : filamentis brevibus lato-subulatis, carnosis, basi cornutis, stylis brevissimis, stigmatibus 3 magnis patentissimis bifidis eroso-laceratis (nec « très divisées » Baill.).

ASPIDANDRA FRAGRANS Hsskl (*Hrt. bog.* I, 47; *Verh. kon. Acad. Amst.* IV, 141). Stirpem hanc olim (*Pl. jav. rar.* 267; *Cat. hrt. bog.* 239) pro *Ryparia cæsia* Bl. sumsi et descripsi, donec recentiori tempore eam ob squamulas petalis oppositas lanatas et stamina in columnam apice antheriferam conferta pistillique rudimentarii defectum a *Ryparia* separavi. An jure? An forsan descriptio floris ♂ apud cl. Blumeum (Baillon *Euph.* 339) nimis incorrecta aut incompleta? Nihilominus cl. Baillon (l. c.) descriptionem meam supra citatam (*Pl. jav.*) huc refert, ubi squamulæ supra laudatæ jam indicantur, ita ut in opinione hujus squamulæ dictæ in flore utriusque sexus adesse videntur; cl. Baillon autem de his squamulis in caractere generico ne uno verbo quidem mentionem fecit, indeque pavore quodam genus nostrum novum sustinere audeo. — *Asterandra* Kl. (Baill. l. c. 610), ob conformationem androcei valde accedens, differt : calyce 5-partito, præfloratione quincunciali imbricativa, disco elevato androceum cingente, columna staminifera apice obtuso prominulo nec depresso prædita.

SAUROPUS ALBICANS Bl. (Hsskl *Retz.* I, 162; *Hrt. bog.* I, 49), S. INDICUS Wight (Hsskl *Retz.* I, 164; *Hrt. bog.* I, 51) et S. MACRANTHUS Hsskl (*Retz.* I, 166; *Hrt. bog.* I, 52). Calyx ♂ nunc 5-merus.

TETRACTINOSTIGMA Hsskl (*Hrt. bog.* I, 55) a genere *Aporosa* Bl. (Baill. *Euph.* 643) vix diversum habendum, equidem stigmatibus magis ad *Scepam* Lindl. (Endl. *Gen.* n. 1897) quam ad *Lepidostachyn* Wall. (Endl. *Gen.* n. 1898) inclinans. — *Palenga* Thwait. (Baill. l. c. 649) differt : stigmatibus sessilibus discoideis et fructu subcarnoso, endocarpio crustaceo, cotyledonibus 7-nerviis. — *Tetractinostigma microcalyx* Hsskl (l. c.) = *Aporosa microcalyx* Hsskl.

LEIOCARPUS FRUTICOSUS Bl. (Hsskl *Hrt. bog.* I, 57). — *Pseudanthus* Sieb. (Baill. *Euph.* 556) differt : calyce 5-6-partito, laciniis inæqualibus lanceolatis carinatis, stigmatibus acutis e basi lata (nec cuneatis subbilobis), fructu sæpe 2-1-loculari, embryone cylindrico; *Amanoa* Aubl. (Baill. l. c. 579) : calyce profunde partito (corollæ et disci præsentia?), fructibus tricarinatis subalatis; *Flueggea* Willd. (Baill. l. c. 590) : calyce 5-partito (præsentia disci?) stylo haud immerso!. *Podocalyx* Kl. (Baill. l. c. 597) vix nisi disco annulari, seminibusque exarillatis distingui licet. *Agyneia* L. (Baill. l. c. 630), cui nostra

aliquot modo insertionis styli accedit, attamen calyce 5-6-partito, germine apice concavo, fructus coccis dispermis, seminibus elongatis curvatis, diversa habenda.

**LEIOCARPUS ARBORESCENS** Bl. (Hsskl *Hrt. bog.* I, 59). — *Sapiopsis* Baill. (*Euph.* 512), *Stillingiæ* subgen., staminibus (duobus) centro floris insertis et bracteis biglandulosis diversa. — Magna affinitas adesse videtur ad *Antidesma* L. (Baill. l. c. 601), in quo genere autem numerus staminum ac laciniarum calycis æqualis est, cæterum differt filamentis basi cum disco glanduloso connatis, antheris extrorsis? — An huc pertinet *Antidesma diandrum* Roxb. (Baill. l. c. 602)?, quod e diagnosi perbrevis (D. Dietr. *Synops. plant.* I, 874, 4) diversum : spicis solitariis terminalibus.

**HEDYCARPUS** Jck. ? (Hsskl *Retz.* I, 168; *Hrt. bog.* I, 61) a cl. Baillon (*Euph.* 558) ad *Pierardiam* ducta arbor, nihilominus (l. c. 668) ab eodem ad *Hedycarpum* Jack. citata et Sapindaceis adnumerata; hoc genus autem (e Walp. *Repert.* V, 367; Endl. *Gen.* n. 5877) differt : filamentis liberis brevibus sæpius 5, antheris rotundatis, calyce sæpius 5-partito segmentis angustis. — Plantam nostram habitu valde ad *Wight Icon.* V, 1912 et 1913 accedentem dixi, quas icones cl. Baillon (l. c. 648) ad *Epistylum* citat, quod vix nisi antheris 2 tantum columnæ centrali adnatis horizontalibus, loculis divaricatis, glandulis 4 sepalis alternis differt; adest autem inter *Epistylia* (l. c. n. 3) species tetrandra (*Phyllanthus tetrandrus* Roxb.), *E. Roxburghii* Baill., cui nostram igitur adjungam etsi dubiose tantum. — *Lassia* Baill. (l. c. 464) accedit staminum fabrica in columnam trigonam connatorum, sed numero horum, insertione et forma antherarum, calyce valvari, caule scandente, inflorescentia axillari racemosa, hoc genus sat distinctum est. — *Wielandia* Baill. (l. c. 568) floribus 5-meris, disco glanduloso et pistilli rudimentarii præsentia, filamentis superne liberis, antheris introrsis, sat diversa uti tota sectio Wielandiarum præsentia pistilli rudimentarii; eam ob causam majori jure *Phyllantheis* (Baill. l. c. 608) adnumeranda. Inter has *Asterandra* Kl. (Baill. l. c. 610) disco carnosissimo elevato columnam stamineam teretem nec tetragonam, apice incrassatam, apiculatam circumvallante, antheris 5 dein horizontalibus; *Phyllanthopsis* Scheele (Baill. l. c. 612) columna stamina 5 gerente, disco glanduloso 5-lobo cincta, calyce 10-partito viridi; *Kirganelia* Juss. (Baill. l. c. 612) calyce 5-partito, staminibus 5 apice liberis, etc.; *Cicca* L. (Baill. l. c. 617) staminibus apice liberis, disco glanduloso; *Phyllanthus* L. (Baill. l. c. 621) calyce 5-6-partito, filamentis 3 totis aut apice tantum liberis rarius totis connatis glandulis 5-6 ad basin staminum liberis aut connatis in cupulam plus minus altam (ibique subgenera *Oxalistyli* Baill. et *Ceramanthus* Hsskl maxime accedunt); *Glochidion* Forst. (Baill. l. c. 636) in speciminibus tetrandris calyce 5-partito, connectivo supra antheras apiculum columnæ formante differunt. — *Epistylum* Sw., uti supra jam monui, maxime ad nostram quadrat.

**DODECASTEMON** Hsskl (*Hrt. bog.* I, 63; *Verh. kon. Acad. Amsterd.* IV, 141), genus novum (Baill. *Euph.* 655) post *Tyriam* Kl. (Baill. l. c. 506) collocandum, quod differt : calyce 5-partito valvari, staminibus 15, antherarum loculis divaricatis, habitu autem convenit, dum *Passæa* Baill. (l. c. 507) habitu imoque foliis basi biglandulosis, necnon calyce 3-4-partito valvari, et staminibus 8-16 diversa est. — *Hemicyclia* W. et A. (Baill. l. c. 562) staminibus  $\infty$  discum planum cingentibus, antheris adnatis; *Cyclostemon* Bl. (Baill. l. c. 561) filamentis circa discum crenulatum insertis, antheris introrsis; *Chrysostemon* Kl. (Baill. l. c. 654), præter signa in *Hrt. bog.* l. c. citata, filamentis apice bifurcatis differunt.

**NANOPETALUM** Hsskl (*Hrt. bog.* I, 65; *Verh. kon. Acad. Amst.* IV, 140; nec *Nonopetalum* uti legitur ap. Baill. *Euph.* 657 et in ind. p. 683) inter *Stenoniam* Baill. et *Amanoam* Aubl. collocandum genus. *Stenonia* Baill. (l. c. 578) differt : pistillo rudimentario trifido, antheris elongatis rectis oblongis utrinque leviter emarginatis, staminodiis nullis, germine piloso, stigmatibus bipartitis subulatis, pedicellis longioribus; *Amanoa* Aubl. (Baill. l. c. 579) : staminibus liberis, pistillo rudimentario apice trifido s. tridentato, staminodiis in fl. ♀ nullis, stigmatibus apice emarginatis, fructibus carnosus aut subcarnosus sub-3-alatis. — Habitus plantæ nostræ plane idem ac *Lebidieræ* subgeneris *Amanoæ* (Baill. l. c. 581), cui pariter albumen negatur opponente cl. Baillon (l. c. 185). Characteri generico et descriptioni hæcce pauca addam ad meliorem distinctionem inter genera confinia : calyce valvari, disci lobis inflexis calycis laciniis oppositis, pistillo rudimentario obsolete bilobo.

**PIMELEDENDRUM** Hsskl (*Hrt. bog.* I, 68; *Verh. kon. Acad. Amst.* IV, 140) juxta *Omalanthum* A. Juss. ponendum genus, quod differt : calyce carnosus diphylo, foliolis basi emarginatis auriculatis glandulosis imbricatis, antheris 4-10 extrorsis, filamentis planis apice subulatis vix basi connatis; *Trewia* L. (Baill. *Euph.* 408) : calyce membranaceo 3-4-partito, staminibus  $\infty$ , antheris apice bifidis; *Wetria* Baill. (l. c. 409, *Trewia* Bl.) : signis in *Hrt. bog.* l. c. jam indicatis.

M. Cosson, secrétaire, donne lecture des communications suivantes, adressées à la Société :

ENCORE UN MOT SUR LA PÉLORIE DU *LINARIA VULGARIS* ET SUR LE *VACCINIUM VITIS IDÆA* A FLORAISON TARDIVE (1), par M. le baron de MÉLICOCQ.

(Raismes, 7 novembre 1859.)

La plupart des botanistes pensent aujourd'hui que les graines du *Linaria*

(1) Voyez le Bulletin, t. V, p. 700 à 704.